Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XV.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

credibili diminitur gaudio delibutus, is enim Deo cordi esse, ut proficisceret ad Macassarios: non qui dem (quod postea intellectum est:) ut ipsos eru diret, sed ut alios populos, qui erant in via, minus illi notos, magisque opis egentes, adjuvaret. Ergo

Divino instinctu in ulteriora Orientis tendere pater it.

divinae voluntatis exequendae avidus, occasionem transmittendi primo quoque tempore Mola cam captare coepit, et Lusitanicae navis facultas deesset, Saracena, Ethnicave aliquae uterus:

Dei fiducia

tantumque se Dei fiduciae habere dicebat, ut si nullius navis onerariae foret copia, et sta pha quaepiam Malaca novus solveret, divi nae ope fretus, illa ipsa aliquae trajecturus esset. Adeo certum ac firmum habebat om nino exequi quod auctore susceperat Deo

A Daemonibus caesus tamen in oratione pernoctat.

Caput XV.

Inter haec apud Vicarium, ut ostendimus, diversanti quiddam in hoc genere sane me moria dignum accidit. Erant aedes vicarii templo Apostoli proximae, unde ille, janua facta, aditum sibi patefecerat in templum. Et Xaverius ex consuetudine, ut Vicarium cuius in cubiculo pariter dormiebat, sopore oppressum animadverterat, sensim ac sine ullo strepitu surgebat e lectulo, atque in aedem Apostoli suspenso subrepebat gradu. Non tamen fallebat omnino Vicarium, qui subito experrectus saepius illum surgere e lecto persen serat. Verum is, re primo dissimulata, demum illi pro amicitia denuntiavit, ne de nocte iret ad templum; nec se nimis committeret, quam constare esse diabolis infestum: occursuras ei hor ribiles illorum facies, cum minime crederet. Ad hoc

arrisit

arrisit Hanerij, ea sui deterrendi causa dici
rati; et denunciatione Vicarij per dissimula
tionem iniungi iussa, nihilominus nocte intem
pesta, ubi somno item strepitum generat, ad sa
cram aedem silentio obrepebat. Enimvero id sem
piterni humani generis hostes graviter ferre:
Francisci simplicitate ipsorum contemptus inter
pretari. Ergo ira odioque furentes, ut illum ab
instituto absterreant, nocte [illegible] ante aram
Beatae Virginis supplicanti ex composito sup
veniunt, tum fremitu, clamoribus varijs, hor
rendoque cuncta complentes sono. Mox virum
ad minas intrepidum quam tumultuosissimè
adorti, verberibus atrocissimè caedunt, factis
dictisque odium explentes suum. Ille inter
verbera crepitusque plagarum magis de con
stantia quam de tergo suo solicitus, Dei
parentem sui certaminis spectatricem im
plorare; vanos hostium tumultus magnitudine
animi eludere; orationem institutam non for
titer solum, sed etiam constanter urgere. Donec
ea molestos illos, et importunos interpellatores
fortis atque invicta perseverantia diutissime
adversus infestos daemones telum, fauste abegit
Et Franciscus quidem secundo spernendoque
eorum impetus adeo fregit, nunquam ut postea
ire eum sustinuerint aliquid tale conari. Caete
rum propulsatis hostium incursionibus, domesti
corum irrisiones haud quaquam vitavit. Iuvenis
quidam in cubiculo sacrae aedi iuncto cubabat,
qui nocturno illo excitatus tumultu, Hanerium
sub daemoniorum verberibus clamitantem, ac
B. Mariae identidem implorantem auxilium
audierat. hanc etiam notaverat vocem, ab
illo saepius iteratam: Domina opitulare, domi
na mihi non opitulaberis? Igitur is ab se

Constantia in verberib. daemonum.

audita

audita Vicarius, caeterisque domesticis, non sine
omnium risu (: ut filii commemorant:) res jucundis
Ex verberibus aegrotat. sermonibus domi celebratur. Francisco insciente
qui propero die ex recrudescentibus plagis aeger
surgere, cum nequiret, requievit e lecto: pallore
utque faciei ac debilitatis jacens, morbum
simulans, ut factum occuleret. Visit jacentem
Vicarius: rogitanti, an aegrotet, annuit Xaverius;
morbi genus sciscitanti alio omnia respondens
derivavit alio sermonem. Tum vicarius, qui
rem omnem jam resciverat, per jocum eandem
illum imitando usurpavit vocem, quam Fran
ciscus nasum laevans usurpaverat, Domina opitu
lare, Domina non mihi opitulaberis? Franci
scus ubi rem in vulgus editam sensit, erubuit
Aequitas animi ex irrisionibus domesticorum ille quidem sed aequissimo animo arridens, haud
minus fortis contra hominum sermones, quam
contra Daemonum plagas fuit. Ut primum
convaluit, satis gnarus Diabolum plus terroris
quam virium habere, & timidi canis ritu
cedentibus instare, resistentibus cedere, alacrius
etiam quam solebat, pro victore discessisset, Adiit
etiam quam solebat ad certamina ultro revertebatur. Igitur
Animus ad pugnam cum daemonibus. Dei, maxime diabolicam vim frenantis, praesidio
confisus, eandem aedem, supplicandi causa de
nocte solus frequentare sustinuit: infensas
illas belluas, ad nocturnos tumultus accomodatas,
impune contemnens, commentus fuit, nihil
diabolis esse contemptius atque infirmius, si
eos audeas contemnere. Namque illi semel
egregie victi, cum aperte vim minus suc
cessisset; ad dolum versi, ejus orandi studium
si minus avertere, at aliqua ex parte minuere
conabantur. Utque cum ille ex instituto suo,
Oranti Xaverio daemones obstrepunt media nocte oraret in templo, in Odeum con
veniunt, et precationi obstrepentes quasi
Matutinas

Matutinas recitare; & clericorum inuicem canentium chorus per ludibrium imitari: ut molesti forent, cui terribiles esse non poterant. Sed quam parum profecerint, illud argumento est quod Xaverius, qui cantores essent, quid canerent, nihil admodum attendens, clericos matutinas canentes esse credidit: Postero igitur die percontatus ex Vicario, quidnam illi fuerint clerici, qui, ianuis clausis, Matutinas proxima cecinerint nocte. Ille quos clericos, quas Matutinas diceret, primo miratus, ad ultimum intellexit, non tam clericos, quam clericorum irrisores diabolos fuisse. Idemque post Francisci obitum rem multis non semel exposuit.

Energumenum liberat, Joannem Durum socium adsciscit.

Cap. XVI.

Inter quæ Xaverius, ne Meliaporum ab se inultas relinqueret, suo more adultos quâ priuatis quâ publicis sermonibus pueros Catechismo excolere instituit. Nec diuina vitutis exercendæ materia defuit. Ex quo genere illud accidit memorabile. Civis erat prædiues miserè à diabolis obsessus, vexaburque. Ad hunc Franciscus accersitus unum è pueris Catechismi auditoribus cum cruce misit. Qui Euangelio, ut Pater præceperat, super energumenum ritè recitato, protinus vexatores illos dæmones expulit; hoc magis indignantes, quod per puerum pellebantur, & eum neophytum. Aliud porrò in alio genere proditur, non minus fortasse mirabile: Joannes Durus mercator erat adolescens qui Franciscum conuenerat con-

Obsessus à diabolis per puerum liberatur

sitandi